

JOH. JACOBI HOFMANNI
LEXICON
VNIVERSALE,
QVATVOR TOMIS
DISTRIBVTVM.

Hofmann, Johann Jacob

(1635-1706)

Lexicon Universale (1677)

Historiam Sacram Et Profanam Omnis aevi, omniumque Gentium;

Chronologiam Ad Haec Usque Tempora

Geographiam Et Veteris Et Novi Orbis

Source: <http://www.uni-mannheim.de/mateo/camenaref/hofmann.html>

J. J. Hofmann's 'Universal Lexicon' represents the height and terminating point of the line of development of historical second-hand encyclopedias of the European humanism. It was not reproduced, as far as we can say, so far. That it was little considered explains itself from its appearance at a time in which the scholarly work in the national language began to displace writings in Latin.

A closer consequence was that at that time the reference books of Louis Moréry appeared on history, biography, genealogy and geography (Grand dictionnaire historique, 1674), Pierre Bayle (Dictionnaire historique critique et, 1697, German treatment of Gottsched, 1741-1744), Jakob Christian of Iselin (Historical and Geographical General Lexicon, Basel 1726-1727) and finally - with the Leipziger publisher Zedler - the 'Large complete universal encyclopedia of all sciences and fine arts'(1731-1754), that ties in to the title of Hofmann's 'Universal Lexicon'.

This appeared first 1677 in Geneva (printed in Basel) in two strong bound folios under the title '*Lexicon universal Historico Geographico Chronologico Poetico Philologicum: Continens Historiam Omnis Aevi, Geographiam omnium Locorum, Genealogiam principum Familiarum, addita ubique Chronologia tum veteri tum recentiore, Mythologiam more insuper omnium Fabularum, Discussionem Philologicam illustriam about haec occurrentium Difficultatum...*'.

A description of the contents shows the breadth of humanistic interest of the author. The Supplement of 1683 (Geneva and Basel, 3 parts in 2 folios) extends the thematic range with natural history (Zoologie, Botanik, mineralogy, cosmology) and the everyday life with its activities, habits and traditions: '*Lexici Universalis Historico Geographico Chronologico Poetico Philologici Continuatio: Praeter Addenda comprehendens Historiam Animalium, Plantarum, Lapidum, Metallorum, Elementorum, Rerum Astricarum, praecipue Hominis Negotiorumque eius, in omni Aetate, Sexu, Conditione, change request, Recentiori, medio, veteri, ex omnium Gentium, inprimis Hebraeae, Graecae, Romanae, Monumentis sacris, civilibus, erutam.*'

See the entries for Taphra (not Taphrae, which is in Turkey) and Thaena/Thenae

TAPHII, populi Scythiæ Europææ ad ultimum recessum Carcinis Sinus habitabant. *Strab.* Fortè *Taphræ* *Plin.* l. 4. c. 12. quod rectius.

TAPHIUS, mons Locrorum Ozolorum, in confiniis Ætoliæ, ubi Nesus, quem Hercules occidit, conditus, *Antigono* teste. *Taphiassus* *Strab.* & *Plin.* l. 4. c. 2. apud Calydonem urbem.

TAPHIUSA, locus juxta Leucadem, in quo *Taphiusus* lapis nascitur. *Plin.* l. 36. c. 21.

TAPHIUSSA, urbs Cephallenæ, quondam *Taphos* appellata. Cives *Taphii*, vel *Taphiussæi*. *Steph.*

TAPHNE, uxor Pharaonis regis Ægypti. 1. Reg. c. 11. v. 19.

TAPHNIS, civitas Ægypti, munitissima, capta à Johanne Brenna, cum Damiatra A.C. 1219. *Blondus* dec. 2. l. 7. Populi *Taphnæi*. Vide *Tanis*.

TAPHRA, quæ *Taphrura* *Ptol.* *Africæ* minoris urbs. *Fachs Moleto*, & *Oleario*, inter *Ufillam* ad occasum, & *Theænas* ad ortum à *Carthagine* 300. mill. pass.

TAPHRÆ, seu *Taphros* *Ptol.* *Præcop.* vel *Præcop.* Mercatori, aliis *Mancup*, urbs *Tauricæ Chersonesi* in *Isthmo*, regia *Tartarorum* *Præ-*

THA.

Commentatus est in *Aphorismos Hippocratis* &c. Obiit A. C. 1270. vel 80. Justus in *Chron. Med. Castellan. in vitis Medic. Vander Linden de Script. Med.*

THADDÆUS de Pepulis, Doctor Juris Utriusque muneribus amplissimis defunctus, scripsit varia. Antonius Bumaldi, *Miner. Bonon.*

THADDEUS Perusinus, Ordin. D. Augustini, cujus etiam Generalis fuit. Scripsit *Comment. in Esajam*, qui 2. tom. in quarto, Perusii prodierunt A. C. 1598. & 1600.

THÆMA, *Ptol.* urbs mediterran. Arabiae Felicis hodieque *Theama.*

THÆMAN, seu THEMAN, urbs Edom, apud Petram Deserti, inter montes Hor & Seir. Patria Eliphazi, inter Jobi amicos.

THÆNA, seu THENÆ, urbs fuit Byzacenæ, in ora littorali maris Mediterranei, & Syrtis parvæ, inter Usiliam ad Boream, & Macomades ad Meridiem, 56. mill. pass. à Tacapis in Boream 160 à Carthagine in Eorum, 360. à Lepti magna in Occasum. Ejus rudera visuntur prope *Casar Cerona*, vicum regni Tuncetani.

THAGASTA, Vide *Tagasta.*

THAGENO, seu TAGENO, Decanus Pataviensis, scripsit *Historiam Expeditionis Friderici I. in Terram Sanctam*, editam inter *Historicos German.* vixitque sub eodem Imperatore.

THAGURA, vide *Tagura.*

THAHAN, fil. Thale. 1. Paral. c. 7. v. 25. Latinè *deprecans*, aut *misericors*, sive *gratiosus*, vel *gratia.*

THAHATH, nomen viri. 1. Paral. c. 6. v. 37. Latinè *subter*, vel *pavor*, vel Syriacè *descensio*. Est item 23. Israëlitarum mansio. Numer. c. 33. v. 26.

THEMMA , Arabiae desertæ oppid. *Ptolem.*

THEMNA , civitas maxima in tribu Dan, sita in monte Ephraim, *Jos. c. 19. v. 43.* Latinè *imago, vel figura, aut muneratio.*

THENACH , vel *Thanach*, civitas in tribu Manasse, *Jos. c. 17. v. 11.* Latinè *confringens, vel humilians te, aut respondens tibi.*

THENÆ , urbs Cretæ *Callimacho* vel Arcadiæ , alii montem esse dicunt. *Stephano Thenna.* Item oppid. in monte, in Brabantia: Hasbaniæque confinio, inque diœcesi Maalinenfi : Incolis *Thienen.* Gallicè *Tillemont.*

THENÆ , Colonia in Africa celebris. Item pro *Athenæ* , in optimo Codice Spartiani, apud *Salmaf. Notis ad eum in Adriano, c. 20.*

THENNA , Africae propriæ urbs , *Antonin. vide Thena.*

THENSA , Græcis *ἄρμα πεμπικόν* sive *ἰεργόν* : in *Glossario, ἄρμοι* *ἰεργόν*, quod *Diomedes* exponit *Deorum vehiculum*, inter Divinitatis apud Gentiles insignia fuit. Hinc inter ea, quæ *Julius Cæsar* humanò fastigiò ampliora sibi decerni passus est, *sedem auream in Curia* & pro tribunali, *thensam* & *ferculum Circensi pompâ, templa, aras, simulachra juxta Deos, pulvinar*, alia recenset *Sueton. in eo, c. 76.* Plura de ejus usu suprâ in voce *Tensa*. Addam hîc saltem, pueri *ἀμφιθαλεῖς* in tenenda *Thensa* meminisse *Ciceronem*, *Aut puer ille patrimus & matrimus, si tensam non tenuit, aut lorum omisit.* Unde *Arnob. adv. Gentes, l. 4.* *Aut si patrimus ille, qui vocitatur puer omisit per ignorantiam lorum aut tensam tenere non potuit.* Tunc nempe infelici auspiciò ludi polluti existimabantur. Vide *Desid. Heraldum, ad h. l.* ubi *Tensam ὀχόν* *Dioni* dici, *l. 44.* & ex ebore ac argento fuisse, ex *Festo*, observat. Sed & *Tensam Jovis deducere*, inter Imperatoris fuisse partes, at in Republica vetere *Consulis, vel Prætoris, eò absente, uti apud Juvenalem, Sat. 10.* in descriptione *Circensis pompæ.* De Imperatore insignis est